

stantissimè, quod cùm nemini, qui Ecclesiasticam hi-  
storiam primoribus tantùm labris gustavit, ignotum  
esse possit, probatione nulla indiget. *Veterem & melia-  
rem consuetudinem humandi frequentamus*, inquit *Minutius  
Felix in Octavio*, qui Dialogus perperam septem libris  
Arnobij contra Gentes veluti octavus adjungi solebat,  
monente Bellarmino de Scriptor: Eccles: ad an. 206. in  
Min. Fel: Tanti autem maiores nostri fecere sepulturā,  
ut ej9 causa, sicut ad pauperes alendos, aut ad captivos  
redimendos vasa Ecclesiæ etiam initiata conflagrari, aut  
vendi licitè existimaverint, referente S. Ambroso de Offi-  
ciis libro II. cap. 28. Quæ verò occasio & finis moris huj9 II. Sepultu-  
introducendi fuerit, ut demortuorum corpora humo ræ cause fi-  
tegerentur, operæ pretium erit, inquirere. Moschion, nales.  
ut refert Hugo Grotius de jure Belli ac Pacis Lib. II. cap. XIX.  
num. 2. existimat occasionem datam ex gigantea feritate  
mandendi homines, cuius abolitæ signum sepulturā.  
Rectius dicitur, ipsam naturæ humanæ conditionem  
admonuisse homines, ut corpus exanimet terræ, unde  
ortum traxit, redderent. Et sic sponte solverent debi-  
tum, quod alioqui vel ab invitis repetit natura. Ita e-  
nīm edixerat DEus Adamo Gen. III. 19. *Terra es & in terrā  
reverteris. Ex quo desumptum illud Eccles: XII. 9. Redi-  
bie pulvis in terram, quemadmodum fuerat.* Hinc pia anti-  
quitas; *Terra es, terram geris, terram teris, in terram conver-  
teris.* Rabbini hac de re ita pro more loquuntur, ut in-  
quit Besoldus Consideratione Politica de vita & more lib. III.  
cap. 1. Corpus linquitur in potestate Dæmonis, de quo  
dictum est in Scriptura; Terram comedas omnib9 die-  
bus. & alibi: Pulvis terræ panis ejus. lobus veræ patien-  
tiæ vivum exemplar, cap. I. v. 12. *Nudus egressus sum, in-  
quit, ex utero matris meæ (qui נָאַתְּנָהּ תְּחִזֵּקָהּ in simæ partes*